



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXII Qualiter semper sine aliqua intermissio[n]e orare possumus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER SECUNDVS.

titate & dimittetur vobis Hinc constitutione postula<sup>Mat. 6.</sup>  
tione conditionem posuit pietatis dicens: Dimitte  
nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debito  
ribus nostris. Ille recte sui delicti veniam postulat, q  
hoc quod prius in ipso delinquitur relaxat. Dimitta  
mus em̄ quod debetur nobis, vt dimittatur quod de  
betur à nobis. Relinque proximo tuo (ait Salomō) <sup>Eccl. 28.</sup>  
nocenti te, & tunc deprecāti tibi p̄ctā soluentur. Ait  
enim apostolus Paulus: Volo itaq; viros orare in <sup>1. Ti. 2.</sup>  
om̄iloco, leuātes sanctas manus sine ira & discepta  
tione. Pacificum animūm in oratione esse debere, <sup>Amb.</sup>  
vt ad effectū deducatur oratio. Sanctae enim mauus  
sunt, quando cor mundum est.

Qualiter semper sine aliqua intermissione orare possimus. Caput XXII.

**A**it enim dominus: Oportet semper orare & <sup>Beda.</sup>  
non deficere. Et apostolus. Paul<sup>o</sup> dicit: Sem- <sup>Luc. 18.</sup>  
per gaudete, & sine intermissione orate. Quis <sup>2. Tef. 2.</sup>  
aut potest ita semper orare, & sine defectu vel inter-  
missione precibus insistere, vt nec alimentum sumē  
di, aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicen-  
dum est eum semper orare & non deficere, qui cano  
nicis horis quotidie iuxta ritum ecclesiasticæ traditi-  
onis psalmodijs, precibusq; cōsuetis deum laudare  
& rogare non desistit, & hoc esse quod Psalmista di-  
cebat. Benedic dominū in omni tempore, semp- <sup>Psal. 33.</sup>  
laus eius in ore meo. Aut certe omnia, quæ iustus se-  
cundum deum gerit & dicit, adorationē esse reputā  
da. Quia em̄ iustus sine intermissione quæ iusta sunt  
d iii

## HAY. DE VARIET. LIB.

agit, ac per hoc sine intermissione iustus orabit, nec  
vnq ab oratione cessabit nisi iustus esse defistat. Si-  
ue eñ mäducet & bibat aut dormiat iustus, aut ope  
retur, aut loquatur, aut aliud quid faciat, si ad gloriä  
& laudem dei & secundum eius voluntatem facit,  
oratio est.

### Quod cum oratione omnia sunt agēda,

Caput XXIII.

Amb.  
x. Tes. 2. **S**eruº eñ dei assiduº esse debet in oratiõe, & (vt  
sait apostolus Paulus) sine intermissione ora-  
re. Quia sedulæ preces prouocant animū iudic⁹  
ad dandum misericordiam. Nam & idem Apostol⁹  
Col. 4. admonet dicens instate orationi, vigilates in ea. Do-  
Cyp.  
Aug.  
Hiere. cens scilicet & ostendens eos impetrare quod postu-  
lant deo posse quod videat deus in oratione vigi-  
lare. Nec die vaces neq nocte, sed cum somnus de-  
oculis tuis ceciderit, tunc sensus tuus in oratione vi-  
gilet. Sicut eñ militi sine armis ad bellum exire non  
cōuenit, ita homini Christiano procedere quolibet  
sine oratione non expedit. Egredientes de hospitio  
armer oratio, regredientibus de platea oratio occur-  
rat. Quicquid Christianus inchoat antea orationē  
ad deum dirigat. Quicquid perficit, & hoc cum ora-  
tione perficiat. Et semper sensu, mente, voce, & ope-  
re omnipotentem deum oret, vt ea quæ recta & ei  
placita sunt, faciat, sibi cogitare, velle, dicere pariter  
& facere, & vsq ad boni operis pseuerantiā, vitamq  
perpetuam feliciter peruenire concedat. Frequenter  
namq orationi insistat, & mala sua preterita cum la-